



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCLXXXVIII. Markgraf Hermann von Brandenburg verleiht seinem Vogte in
Coburg das Dorf Breitenau in der Grafschaft Henneberg, den 8. Augsut
1298.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

exire ad impugandum et invadendum hostes et aduersarios memoratos. Nos igitur prefatis concessioni et donacioni, tamquam iuste et rationabiliter celebratis, nostrum consensum fauorabiliter impertimur liberum et expressum. In cuius rei testimonium et roboris firmitatem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum apud frankenvort, Anno domini M^o. CC^o. nonogesimo octauo, III. kal. Augusti.

Otto, dei gracia Marchio Brandenburgensis. Vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum noster ad ea, que Ecclesiarum etc. (wie oben). Datum apud frankenvord, Anno domini M^o. CC^o. nonogesimo octauo, III. kal. Augusti.

Nach den Originalien in der dipl. Samml. des Geh. Cabinets-Archives 101, 30. 31. — Beide Urkunden stimmen wörtlich überein bis auf die Worte seruicia vltiora, welche in der Urkunde des Markgrafen Otto seruicia vltiora zu lesen ist.

CCLXXXVIII. Markgraf Hermann von Brandenburg verleiht seinem Vogte in Coburg das Dorf Breitenau in der Grafschaft Henneberg, den 8. August 1298.

Nos Hermannus, dei gratia Brandenburgensis marchio et dominus Franconie, tenore presentium recognoscimus et constare cupimus vniuersis, quod Cristano, aduocato nostro in Choburg, ac suis heredibus legitime procreatis, ob grata, que nobis impendit, seruicia et adhuc impendere poterit gratiora, villam nostram Breitenow cum omni iure et usufructu ipsis conferimus iure feodi perpetuo possidendam, dantes eis presentes litteras in testimonium super eo, nostri sigilli munimine communitas. Datum et actum in Choburg, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, in die sancti Cyriaci et sociorum eius. Huius nostre collationis testes sunt dominus Waltherus de Barby, dominus Heinricus prepositus in Arnburg, Otto de Steyental et quam plures alii fide digni.

Nach Schöppach, Hennebergisches Urkundenbuch S. 37. Nr. LV. Schultes, dipl. Beitr. zur N. Gesch. S. 357.

CCLXXXIX. König Albert bestätigt das Erzbisthum Cöln unter dem Zeugnisse des Markgrafen Otto und des Markgrafen Hermann, Otto's Sohnes, am 28. August 1298.

Albertus, dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, Coloniensem ecclesiam, a diuis Romanorum Imperatoribus et Regibus bonis, possessionibus, privilegiis et gratiis dotatam et insignitam, in genere, et theolonea in Andernaco, in Bonna et in Nuffia c. p. ei concessa in specie, rata et firma habens, Wicholdo Archiepiscopo Coloniensi auctoritate regia stabilit, donat, innouat ac in perpetuum confirmat eidemque theoloneum in Berke, predecessori eius Sifrido collatum, ad dies vite concedit et donat. Acta sunt hec presentibus Boemundo Treuerensi, Gerharδο Moguntinenfi Archiepiscopis, Ru-